

**QUID PLATO DE
ARTE RHETORICA
SENSERIT. THESIM**

Published @ 2017 Trieste Publishing Pty Ltd

ISBN 9780649262526

Quid Plato de arte rhetorica senserit. Thesim by H. Schmidt

Except for use in any review, the reproduction or utilisation of this work in whole or in part in any form by any electronic, mechanical or other means, now known or hereafter invented, including xerography, photocopying and recording, or in any information storage or retrieval system, is forbidden without the permission of the publisher, Trieste Publishing Pty Ltd, PO Box 1576 Collingwood, Victoria 3066 Australia.

All rights reserved.

Edited by Trieste Publishing Pty Ltd.
Cover @ 2017

This book is sold subject to the condition that it shall not, by way of trade or otherwise, be lent, re-sold, hired out, or otherwise circulated without the publisher's prior consent in any form or binding or cover other than that in which it is published and without a similar condition including this condition being imposed on the subsequent purchaser.

www.triestepublishing.com

H. SCHMIDT

**QUID PLATO DE
ARTE RHETORICA
SENSERIT. THESIS**

QUID PLATO
DE
ARTE RHETORICA SENSERIT.

THESIM

PROPONEBAT FACULTATI LITTERARUM ARGENTORATENSI

H. SCHMIDT,

LICENTIATUS.

ARGENTORATI,

EX TYPIS G. SILBERMANN, IN PLATEA SANCT-THOMÆ, 3.

1855.

100

101

102

103

104

105

106

107

108

109

110

111

112

113

114

115

116

117

118

119

120

121

122

123

124

125

126

127

128

129

130

131

132

133

134

135

136

137

138

139

140

141

142

143

144

145

146

147

148

149

150

151

152

153

154

155

156

157

158

159

160

161

162

163

164

165

166

167

168

169

170

171

172

173

174

175

176

177

178

179

180

181

182

183

184

185

186

187


188

189

190

INDEX RERUM.

	Pagina.
I. Proœmium de Platone	5
Argumenti explanatio	<i>id.</i>
Enumerantur dialogi in quibus de rhetoricâ mentio inji- citur	6
Qui antè nos idem argumentum tractaverint	<i>id.</i>
Dispositio argumenti	7
II. Quid Plato sibi propositum habuerit in <i>Gorgia</i>	<i>id.</i>
De variis dialogi partibus.	8
Cum <i>Gorgia</i> disputatur	<i>id.</i>
Cum <i>Polo</i> disputatur	9
Quid Plato contrâ rhetores dixerit.	10
III. De <i>Phædro</i>	11
Quam varia sæpè Platonis dialogi contineant	12
In <i>Phædro</i> de arte oratoriâ tractari	<i>id.</i>
Quas partes in rhetoricâ Platonis dialectica sustineat	14
De definitione et divisione	15
Quam parvi Plato faciat rhetorum præcepta	17
Plurimum in oratore informando valere naturam.	18
Quo modo colendum sit ingenium.	<i>id.</i>
Quam necesse sit orator mentem humanam perscrutetur	19
Cur orator tantum suseipiat laborem	20
De mytho quo <i>Phædrus</i> concluditur	21
Colliguntur Platonis de perfectâ oratione sententiæ	22
Platonis de <i>Lysiâ</i> et <i>Isocrate</i> iudicium.	<i>id.</i>
IV. De <i>Menexeno</i>	23
V. Num perfecta sit doctrina Platonis	24
Severius Platonem cum rhetoribus egisse	<i>id.</i>
Latere sophismata in priori <i>Gorgiæ</i> parte	26
Quid valeat <i>Phædrus</i>	29
Quam fœcunda fuerit Platonis ars rhetorica	30
Plato et Aristoteles comparantur	<i>id.</i>
Demosthenes, Platonis orator	31



QUID PLATO

DE

ARTE RHETORICA SENSERIT.

δικαστοῦ μὲν γὰρ αὕτη ἀρετή, βήτορος
δὲ τάληθῆ λέγειν.

(Plat., *Apol. Soor.*, cap. I.)

αἱ γὰρ πίστις ἐντεχνόν ἐστι μόνον, τὰ
ἄλλα προσθῆκαί.

(Arist., *Rhetor.*, lib. I, cap. I.)

I.

PROCEMIUM DE PLATONE.

Ita Plato scientiam omnem sui temporis, quasi circulo quodam, amplexus est, ut in ejus operibus fida totius antiquitatis imago eluceat. Ille universarum ferè artium, sinè quibus nulla tùm erat liberalis puerorum institutio, et vim ac naturam ostendit ac latebras perscrutatur. Multa ille de republicâ, multa de legibus, multa et de ratiocinandi arte, de Deo, de moribus, de bono et pulchro, nova et eximia professus, philosophiam haud condidit quidem, verùm conditam ad sublimitatem antea inauditam produxit.

Argumenti explanatio.

Quibus tamen omissis, unam tantùm partem Platonicæ doctrinæ nobis selegimus explorandam, nempè

quid ille de arte dicendi senserit, quæ de eâ re præcepta tradiderit, quas denique eloquentiæ partes in vitâ esse voluerit, inquirere.

Enumerantur dialogi in quibus de rhetoricâ mentio injicitur.

Duos integros de rhetoricâ sermones scripsit, *Gorgiam* et *Phædrum*; quanquam et in multis aliis, in *Menexeno*, in *Protagorâ*, in *Symposio*, in *Alcibiade primo*, in *Apologiâ*, in *Republicâ*, atque in *Legibus* obiter eadem non semel tractavit, undè nobis sæpè novum lumen exortum est, quod res ipsa, progrediente opere, patefaciet; quare jam incipientibus supervacancum nobis esse videtur indicare, quibus eorum sermonum locis nostra disputatio nitatur.

Qui antè nos idem argumentum tractaverint.

Argumentum illud à nonnullis antea delibatum fuisse haud negaverimus¹, sed plerique partes tantùm quasdam attigerunt, integrum autem nemo exhaustit, nisi fortè quod opusculum nos diligentissimè conquirentes fefellerit.

Rhetorum et sophistarum multi jam ante Platonem præcepta dicendi conscripserant²; quæ singula hic re-

¹ Colin, *Gorgias Platonis*. Thesis philosophica. Argentorati 1837. — Du *Phèdre* de Platon, leçon finale prononcée à la faculté des lettres de Strasbourg, 1849. — Stallbaumii et Cousinii *Argumenta*. — Passim in variis thesibus.

² *Étude sur l'état de la rhétorique chez les Grecs*, par E. Gros, 1835. — *Essai historique sur les premiers manuels d'invention oratoire*, par Ch. Benoit, 1846. — Egger, *Hist. de la critique chez les Grecs*. — Otfried Müller, *Geschichte der griechischen Literatur*.

cantare nolumus, cùm præsertim Platonis doctrinæ haud possint explicari, ni eorum perpetua mentio incidat; ferè semper enim sophistis et rhetoribus, de ipsâ eorum arte, adversatur.

Dispositio argumenti.

In ultimâ parte disputationis, expositâ jam Platonis atque simul rhetorum disciplinâ, videbimus an et ipse forsân cum iis et arte rhetoricâ severius egerit.

Ex duobus sermonibus, quos præcipuè arti rhetoricæ consecravit Plato, *Gorgias* nobis ob res ipsas, quas continet, priùs interrogandus videtur; quippè ejus is præsertim sit finis, ut falsæ rhetorum de arte dicendi opiniones refellantur, et ipso dicentis animo quasi restituto, restituetur et ab ipso fonte eloquentia. Cum *Phædro* verò in ipsa Platonis doctrinæ penetralia intrabimus.

II.

QUID PLATO SIBI PROPOSITUM HABUERIT IN «GORGIA».

Itaque ordiamur à *Gorgiâ*. Liber ille non solùm sententiis et doctrinâ splendet, sed et eximiâ quasi structurâ, loquentium ingenio, indole, moribus, scenicæ cujusdam fabulæ instar, ornatur. De quo artificio nunc diceremus, nisi illud argumentum jam in academicâ disputatione optimè expositum esset¹. In quâ varias totius dramatis scenas atque personas diligenter delineatas invenies.

De eodem dialogo clarus philosophus, Platonis inter-

¹ Vid. supra et in Stallbaumii et Cousinii *Argumento*.